



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Cæcilia V. M. 22. Novembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

His castra ille struxit cœnobia, & ne commeatu destituerentur, precando nunc crescere in horreis, nunc in manu annonam fecit. Ut verò in obsequio Tirones exercebat, ægros è lectulo surgere & flagellare frumentum jussit. Et verò laboris fructum sanitatem tulerunt. Mitto alia mira, sed non illud, ut subjicere Christo plures animas allaboraret **COLVMBANVS**, Angelum illi Tutelarem in membranâ orbem (magnum virtutis stadium) ostendisse. Quid, ah! quid nos igitur agimus, quibus non jam unum, sed geminum stadium, geminum inquam orbem, Superi expli-
cant? *Ex Ionâ.*

*Navem corporis nostri solvamus à littore mundano,
secularis patriæ renunciemus curis, in Crucis arbore
totam entis vela tendamus, virtutum funibus, sapientiæ
remis, gubernaculis disciplinae navigii nostri mu-
niamus incessum. S.Pet. Chrys. serm.8.*

S. CÆCILIA V. & M. 22. Novembriæ.

Si quæris, quod intercontinentibus organis CÆCILIA carmen dederit, illud respondeo, quod una, quæ Agnum sequuntur, virgines sciunt modulari. Itaque quo die homini in manus danda erat, nuptialem vestem cilicio astrinxit, quo nobiliorem virginitas non habet zonam. Noctu sponsum Valerianum monuit, caveret pudori suo manus inferre, cuius longè fortissimum custodem è caelo Angelum haberet. Hunc coram intueri cum ille percuperet, suasit impuros à superstitione oculos sanctiori prius baptisatio... Eluit, & voti mox compos formosissimum multâque luce vestitum Ephebum vidit: qui seruo nobili utrumque coronavit, & precantes miro-

odore

.Nov.

23. Nov. VITÆ SANCTORVM. 571
meatu
hor-
erò in
o sur-
labo-
mira,
aimas
rela-
s sta-
agi-
sta-
xpli-

lano,
rbore
bien-
mit-

C-
od-
no-
da-
o-
tu-
uo-
em-
eri-
ne-
...
l-
co-
ro-
re-

odore perfudit. Et fecit hic odor post Christum
currere etiam Tiburtium Valeriani germanum,
amboque ita in stadio Christiano cucurrerunt, ut
bravium Martyres obtinerent. CÆCILIA è bal-
nearum, quas tyrannus succenderat, flammis pul-
chrior, tribusque in collo vulneribus velut toti-
dem monilibus ornatior, cùm triduum super-
vixisset, ædesque suas in templum vertisset, Mar-
tyrum vestigia velut paronymphorum insistens,
cælum & ipsa petiit, & Agno denique nupsit mi-
nimè sterilis virgo, ut quæ moriens uno partu
Christo cccc. peperit. Ex Metaphr.

Sunt plurima, quæ Angelis placent, & eos in nobis
invenire delectat; ut est sobrietas, castitas, paupertas vo-
luntaria, crebri in cælū gemitus, & orationes cum lacri-
mis & cordis intentione. Super omnia unitatē & pacem
à nobis exigunt Angeli pacis. S.Bern. s.i.de S.Mich.

S. CLEMENS PAP. M. 23. Novembris.

Prodiit CLEMENS è D. Petri scholâ : virtutis
primò magistri, tum insulæ etiam heres in-
ter Pont. Max. tertius numeratur. Impietatis sub
Trajano accusatus, & in exilium ultra Euxinum
Pontum deportatus, munere suo nec in eâ qui-
dem fortunâ oblitus est fungi, docuitq; bis mille
Christianos, quos ad latomias tyrannus damna-
verat, præter saxa è terrâ patientiam eruere, ad
quam verbis & exemplo crexit, & miraculis fir-
mavit. Etenim cùm aquæ dulcis penuriâ labora-
rent, eamque petere per VI.milliaria cogerentur,
CLEMENS è proximo manare copiosam jussit,
cùm ipse Servator familiarem sibi Agnum indutus
dextro pede & omine fontis indicū fecisset. Por-
tò cum aquâ longè lateque miraculū emanavit.

Et